

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1214

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

160. König Friedrich II beurkundet den in den Streitigkeiten zwischen dem Bischof und den Bürgern von Straßburg gefällten Rechtsspruch, daß die Einsetzung eines Rathes und das Halten des weltlichen Gerichts in der Stadt sowie die Verfügung über die städtische Almende in der Hand des Bischofs liege. 1214 März
5 7 Rotweil.

Fridericus secundus dei gratia Romanorum rex et semper augustus et rex Sicilie. controversie seu lites fidelium nostrorum sicut aliquando^a coram nobis dirimuntur, ne id protractu temporis in irritum deducatur aut fiat obliviosum, scripture testimonio duximus necessarium commendare. quapropter universis imperii
10 fidelibus presentibus et futuris notum facimus, quod, cum inter dilectum principem nostrum H[einricum] Argentinensem episcopum et ipsius civitatis burgenses pro quibusdam justitiis et rationibus in civitate habendis quedam exorta fuisset dissensio et utraque partium super his ad examen iudicii nostri proclamasset, talis coram nobis et sub frequentia principum et magnatum imperii pro jam dicto episcopo lata
15 fuit sententia: quod nullus in civitate Argentinensi consilium instituere debeat vel aliquod habere temporale iudicium nisi de consensu et bona voluntate ipsius episcopi et ejus concessione. ad hec etiam pro eodem episcopo sententia talis lata fuit pro terris illis in civitate sive extra, que vulgo nuncupantur almeine^b, quod nullus hominum illas terras habere debeat vel sibi ex eisdem aliquid vendicare nisi de
20 manu episcopi, qui ipsas terras ab imperio et de manu nostra se tenere recognoscit. ut autem hec, que predicta sunt, perpetuum robur obtineant et a nullo unquam in irritum deducantur, presentem exinde paginam conscriptam sigillo nostro jussimus communiri. hujus rei testes sunt: Conradus Metensis et Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius¹, Waltherus Basiliensis episcopus², Ulricus abbas sancti
25 Galli, Conradus abbas Augensis, Ludovicus dux Bavarie³, Hermannus marchio de Baden⁴, comes Sybertus de Werda, comes Ulricus de Quiburc, comes Ludovicus de Wirtemberg⁵, Hartmannus marchio de Dillingen⁶, comes Henricus de Berge, comes Fridericus de Zolre et alii quam plures.

Datum apud Rotweil anno dominice incarnationis 1214 nonis^c martii, indictione 2.

30 *B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 336 cop. chart. sec. XVII.*
Gedruckt ebendarnach bei Laguille p. 35. Nach dem lib. sal. 1347 bei Würdtwein Nova subs. dipl. X, 273 nr. 103 = Huillard-Bréholles Hist. dipl. Frider. sec. I, 292. Nach einer andern Copie Schöpflin Als. dipl. I, 326 nr. 395. — Böhmer nr. 80. Vergl. D. St-Chron. VIII, Allg. Einl. S. 23.

35 a) Schöpflin u. Grandidier alioquin. b) Schöpflin u. Grandidier almende. c) Schöpflin nono.

¹ Konrad von Scharfenberg Bischof von Speier, 1200—1224; von Metz, 1211—1224.

² Walther von Röteln Bischof von Basel, 1214—1215.

³ Ludwig I Herzog von Baiern, 1183—1231.

⁴ Hermann V Markgraf von Baden, 1190—1242.

40 ⁵ Ludwig II Graf von Wirtemberg, 1201—1228.

⁶ Hartmann IV Markgraf von Dillingen, 1173—1218.

161. *Bischof Heinrich von Straßburg überträgt die Verwaltung des in Verfall gerathenen St. Leonhardsstiftes, die bisher mit dem Dekanat des Straßburger Domstiftes vereinigt war, dem Domprobst Reinhard. 1214.*

Henricus dei miseratione Argentinensis episcopus. cum in dyocesi nostra locus coenobii, qui sancti Leonardi dicitur, ex incuria et negligentia ibidem hactenus amministrantium ad tantam paupertatem devenit, ut tam religio quam persone, inopie necessitate urgente, omnino defecerint, nos eidem loco providere volentes ac restorationi summopere studentes, communicato abbatum nostre dyocesis aliorumque prudentum consilio necnon capituli nostri conventia¹, speciali etiam assensu dilecti confratris nostri Friderici^a decani², ad quem institutio pertinebat abbatis, karissimo confratri nostro Reinhardo ejusdem ecclesie nostre majoris preposito jus investiture assignavimus sub ea forma, ut quod hactenus decanatu, de cetero prepositure sit annexum. quod onus in suorum remissionem peccaminum necnon ad promerendam divinam misericordiam gratia reformandi loci bona fide ipse prepositus suscepit³. in futurum autem nos simile periculum sollicita pertractatione precavere volentes sepe dicto preposito contulimus, ut libera tam amministratio quam ordinatio super divino servitio ad ipsum sine cujuslibet reclamacione pertineat vite sue tempore, ne, quod ipse divinitus aspiratus de non esse ad esse divina favente clementia, industria, expensis multoque labore in statum bonum reduxerit, alterius sive insolentia sive negligentia iterato adnichiletur. ut autem hec firmum robur obtineant, sigilli nostri impressione muniri fecimus. acta sunt hec presentibus Friderico cantore, Marco scholastico⁴, Hermanno portario, Ulrico dapifero, Diethelmo, Heidenrico, Richardo et aliis quam pluribus, anno verbi incarnati 1214⁵.

Aus Schöpflin Als. dipl. I, 327 nr. 397 (ex autographo tabularii s. Leonardi). Ebendarnach Würdtwein Nova subs. dipl. X, 275 nr. 104.

a) Grandidier om.

¹ Cfr. nr. 68.

² In allen gleichzeitigen Urkunden bis zum Jahr 1218 erscheint Eberhard als Dekan. Liegt hier ein Schreibfehler vor? Hat Schöpflin den Namen eigenmächtig eingefügt oder Grandidier ihn übersehen?

³ Ueber den damaligen Besitzstand des St. Leonhardsstiftes an Activen und Passiven findet sich eine ausführliche Aufzeichnung des Straßb. Domcapitels, an der Spitze Reinardus prepositus, F[ridericus] cantor, U[lricus] scolasticus, laut deren der Domprobst die Verwaltung des verwahrlosten Kirchenguts Anfangs Februar 1215 (circa festum purificationis beate Marie) übernahm. Schöpflin Als. dipl. I, 329 nr. 401.

⁴ M[arcus] scholasticus Argentinensis ist einer der vom apostolischen Stuhl bestellten Schiedsrichter in einem Streit zwischen den Grafen von Rapperschwyl und Kiburg und der Aebtissin von Zürich. Cfr. Würdtwein Nova subs. dipl. XIII, 224 nr. 40.

⁵ Diese bischöfliche Verfügung bestätigt im folgenden Jahre Erzbischof Sigfrid II von Mainz. Schöpflin Als. dipl. I, 329 nr. 400.